



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ulrichi Hutteni Equitis Germani Opera Poetica

Hutten, Ulrich von

[Frankfurt am Main], 1538

VD16 H 6395

Ulrichi Ab Hutten Equitis Germani In Sequens Encomium triumphanti
Capnioni decantatum, ad Principem ac populum Germanorum ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-13027

VLRICHI AB HV T

TEN EQVITIS GERMANI IN SE

quens Encomium triumphanti Capnioni decan

tatum; ad Principem ac populum Ger

manorum præfatio.

ECce uobis triumphum Capnionis, o Germani
eius Capnionis, quem uos e faucibus perditissi
morum hominum Theologistarū, ut uobis superesset
hæc gloria, summa contentione eripuistis. Proinde
exultate ac plaudite. Non parua enim res effecta est,
datumq; uestri erga summos uiros studij documentū
ingens. Per cussa infimorum hominum inuidia. Effre
nate profligatorum nebulonum libidini frenum in
ditum. Habitus honor studijs. Proposita uirtutibus
præmia. Reuocata ab interitu literæ, dijs gratia. Ex
longo ac pudendo errore oculos recepit Germania.
Sic uos laturos Capnionis afflictionem, ut multa no
stri maiores, putabant. Quod quia secus cecidit, deū
atq; hominum fidem incusant. Quia enim tot tantq;
prius scelera impune tulerunt, innocente crepto Ca
pnione, indigna se pati clamitant, quod certius nihil
existimauerint nuper, quàm se potitos aduersus Ca
pnionem ac literas uictoria, cum anno ab hinc tertio
euntem Roman, pecunia, seruitijs ac equis instructū
Hogstratum, modestius fortuna uteretur, frustra mo
nerem, ut qui semel sublatis cornibus ferocire non de
sineret, securus sibi confectæ feliciter rei. Memini op
proa

CAPNIONIS.

probratam nobis in Italia hominis insolentiam. Tantum inquit aliquis, licet in Germania fratribus: Vela-
bam ipse uerbis, quantum licuit, nostram turpitudinē,
Et cum passim Bernense scelus caneretur, dissimula-
bam, e quorum colluione immensa prope ac pessima
exempli scelera profluxissent, eos apud nos augeri ho-
noribus, dotari muneribus, ac redditibus locupleta-
ri. Porro illud metuebam ne erumperet, id hominum
genus censendis moribus ac studijs nostris præfici. Af-
fligebatur interea bonus Capnion, ipse nostrā uicem
dolebam, et mecum insontis casum indignabar ami-
ci. Neq; segnius parta iam uictoria exulto, ut qui in
exitium pessimorum hominum latam iam patefactam
fenestram uideam. Quippe Turcas nego aut ardentio-
ri dignos odio, aut maiori oppugnandos opere. Hi
sunt, quibus tēporum infelicitate recta studia inter-
ierunt, literæ proculcatae sunt, diuina Theologia ad
inutilem loquacitatem, meras nugas, aniles ineptias
recidit. Latius iam euagor, nec uos pigrè agnoscitis
Theologiam, uestræ uobis culpæ cōscij. Quibus pro-
fecto latius nihil ominor, quā ut regnasse uos dica-
tis. Valent artes, uigent studia, florent ingenia, barba-
ries exulat, doctissimum Pontificem uestræ piget stom-
liditatis. An quicquam ultra audebitis, quibus tā in-
feliciter auri Iudaici piscatura cecidit? Ne facite, o u-
los habet Germania, uobis detractum uelum, in aper-
to constituti neminem celabitis. Regnastis, aut malo
Christiane Reip. fato, aut eorum, qui uos passi sunt

TRIVMPHVS

Scelere. Quis enim per deos immortales tam iniquus Pontifex, qui nobis primus hoc iugum imponebat? Aut quis ita ignauus orbis terræ Imperator, qui sic manifestè nostram nobis libertatem eripi sinebat? Sed rectè aduersus Capnionem insurrexistis hoc tempore. Nam eius uiri magnitudine perspectissima, ignorare se diutius Germania non potuit, seruare suū decus, suam gloriam studuit. Mecum igitur insultate uictis Germani. Nam quo maiori difficultate hæc parata uictoria est, utpote octauum iam annum oppugnata Capnione, eo uos tenacius meminisse in posterū oportebit, quatenus quid ferre debeatis. Sed iam triumphantem Capnionem spectate, ac plaudite.

IN TRIUMPHVM IO
ANNIS REUCHLIN, ALIAS CAPNIONIS, ex deuictis Theologistis Colonensibus, & Prædicatorum ordinis fratribus, Encomion Vlrichi ab Hut. Eq. Ger. incipit.

Dicat Io, si se nouit Germania, dicat,
Virtutemq; suam dignis concentibus æquet.
Ecce triumphantem excisos Capniona sophistas,
Et debellatos recipit sua patria fratres.
Nec tamen una capit, quanta est Germania partem
Plena uiri desert, & ab hoc splendore nitescit,
Integer ille tamen patriæ redit, abiice curas

CAPNIONIS.

Si qua tibi belli est, siue est tibi Phorca gerenda
 Vlla rei, studiumq; unus tibi uendicet omne,
 Vnus enim decori est. Quod si unquam moenia posset
 Heluetius delere furor, populiq; bibentes
 Exiguos Rheni foveis, & sortis iniquae
 Te premerent casus, ruerent turresq; domusq;
 Occideret populus, solo hoc tunc staret alumno
 Fama super, scirentq; tuum uenientia nomen
 Secula. Quid ciues fortunam aut arma timetis?
 Iam dudum est aliquid muro uiuacius isto,
 Turribus ac templis istis, tectisq; domorum,
 Munera quae uester uobis largitur alumnus,
 Inuitis equidem fortunae osoribus ample,
 Et quibus in uoto est, famam allatrare bonorum,
 Qualis erat, stat adhuc, stabitque cadentibus istis
 Contemptum in cinerem. Namq; hac compage soluta
 Corporis, ille tamen uiuet. Mors iuris habebit
 In Capniona nihil. Iam uertice sidera tangit,
 Iam diuinus homo uolat, & mortalia temnit
 Inuidiaq; sua maior, nec tangitur ulli,
 Nec curat quenquam, merito tu patria gaude
 Leta tuo, quod enim genuisti, haec ille rependit
 Praemia, ut in seros maneat tibi fama nepotes,
 Vos etiam ante alios certate, & uincite ciues.
 Vester hic est, & ut est, passim iactare licebit,
 Quod foret exitio populi, uestroq; parandum
 Sanguine, desideribus uobis, & pace solutis,
 Ille dedit peperitq; suo discrimine famam

TRIUMPHVS

Nominis æterni, quæq; omne supersit in æuum,
 Dicat 10, si se nouit Germania, dicat,
 Ingeminetq; iterum, bis 10 uictoria clamat,
 Et secum clamare iubet Capnionem recepto.
 Huc iuuenes, huc ite senes, celebrate triumphum,
 Turbaruat matrumq; uirumq;, & læta puellæ
 Agmina, compta omnes, & festis cantibus omnes
 Serta gerant, floresq; uij; & oleum spargant
 Gramina, dent frondes, & primos ueris honores,
 Dent manibus teneros frondenti ex arbore ramos,
 Sit demissa uiris toga uestis, sit uaga castis
 Instita matronis, longæq; uelamina pallæ.
 Præterea lectæ peregrino ex equore bacce,
 Inclusæq; auro gemmæ, cum torquibus aureis,
 Sit stola, sint limbi, uinctoq; monilia collo.
 Sericæq;, & raræ uestes, precioq; coloreq;
 Et strophium, et capitis uelum, quod cū niue certet,
 Quicquid & ornatus, quicquid cultusq; ritoresque
 Et quod quæq; potest, & quod sua quæq; facultas
 Ferre sinit, quæ cuiq; domi stat copia rerum.
 Candida succinctas commendent Galbana nymphae,
 Et zona, uirgineumq; astringens fascia pectus,
 Coralliumq; teres, rubicundi insigne pudoris,
 Quæq; alibi molles signant gestamina mores,
 Hic etiam castas deceant. Sint uertice nudo,
 In tergo effusis, quos uerberet aura, capillis.
 Pexaq; contortis circundent tempora sertis,
 Vna omnes hi uoce canant, uno ore loquantur,

Quam

CAPNIONIS.

Quam sibi seruarunt: Capnione superstitite: laudent.

Dicat Io, si se nouit Germania, dicat.

Vix melior, cur dicat Io, se causa dedisset,

Cesare ab Buganeis, nacto spolia ampla Tyrannis,

Fortè tamen melior, sed non pugnavit in armis

Noster hic, haud gladios praefixaq; robora ferro,

Pugnantis gestamen erat, neq; casside uertex

Splenduit, & nullus muniuit pectora thorax,

Certatum ingenio est, uicit tot millia solus,

Victor ab oppressis Venetis, Galloq; subacto

Citra Athesis tumulos, & onustas nubibus Alpeis,

Terrarum dominus, si quando ad uota redibit,

Quæ dijs persoluat patrijs, augustior illo

Plausus erit populi, & pro conditione triumphus,

Altera tum scæne facies erit, altera pompe,

Et perhibenda oculis alio spectacula ritu,

Fulgidus ipse auro, & curru sublimis eburno,

Post Venetas se ostendet opes, quosq; Adria longo

Tempore, tot spolijs populorum aggesit in unum,

Thesuros uehet, & raptas praedonis iniqui

Diuitias portabit, aqua terrisq; petitas.

Et spoliatorum miserè patrimonia regum,

Ibunt & scelerum autores in uestibus atris,

Fune ligati omnes, uinclisq; tenacibus omnes,

Nec se iam Venatos dicent, aut esse putabunt,

Terga prement equites, atq; auxiliaria belli,

Turba ducum, ereptiq; armis, & ab hoste recepti

Captiui ciues, niti disque exercitus armis,

Et

TRIUMPHVS

Et que non locus est, ut nunc ex ordine dicam,
 Omnibus argentum Germanis, omnibus aurum
 Ex præda dabitur, immæq; & purpura & ostro
 Distinctæ uestes, & s' preciosius istis
 Esse potest aliquid, diuersis tunc quoq; surgent
 Fixa trophœa locis, uictorum æterna sub inde
 Virtutis monumenta suæ, memorabile nomen,
 Sentiet hoc, mirôq; feret noua gaudia Rhenus,
 Et se lætitia ripa diffundet utraq;.
 Exultabit agris, & campo ludet apertô,

**Carolus
 Magnus.**

Qualis erat, cum te reducem uictoricibus armis
 Orbe perarato, uictisque, quot orbis adisses
 Marte æquo, populis, tumido lætissimus anne
 Acciperet domitis regnantem Carole Gallis,
 Deq; tuis genti tradentem nomina Francis,
 Aut certè quàm lætus erat, patiente supremam
 Italia cladem, rigida Friderichus ab Alpe
 Cum transportaret, Suenisq; exponeret aruis
 Terribileis aquilas, mortemq; ferentia castra
 Sentiet hoc, secumq; Ister feret anne secundo,
 Perculsura feros tristissima nuncia Turcas.
 Vltimus Arctoum transibit rumor ad Albim,
 Isq; tibi gaudebit ouans, hilaremq; perinde
 Ostendet uultum, & pleno lasciuiet anne,
 At si fortè suos iterum cognoscat Ottones,
 Victores Latij, patriam componere pacem,
 Scilicet excisis Venetis Germania ducet,
 Longè alium in morem tibi Maximilianæ triumphum.
 Nunc

CAPNIO NIS.

Nunc locus est merito Capnionem inducere plausus,
Ingenioq; uiri dignas persoluere grates.
Ingenij labor est, sint præmia digna labori.
Par animo referatur honos, neue haud sit honorum
Auspicijs uicisse tuis, sine Cæsar ouanti
Pro lauro molles hederæ decerpere frondes,
Quanquã etiam lauri, quam tu, cum præmia magnis
Confers ingenijs, hac uatum tempora cingis.
Non petit ipse quidem, sed nos decerpimus illi.
Dicat Io, si se nouit Germania, dicat,
Obuiaq; incedat parue prope mœnia Phorce,
Quanta potest numero Capnioni læta reuerso
Ille redux curru uehitur, uictisq; triumphat
Hostibus, & se cum sceleratæ agit agmina turbe,
Vicit enim, uictosq; iubet se ducier ante.
Conspicuum populo prædam. Ne quære, quis hostis
Spectator, monstra ipsa uides, monstra, omnia mōstra,
Herculeæ mactanda manu. Sed ab Hercule certè
Res acta est, uicitq; senex, uictorq; triumpho
Domminici fratres duci iubet, hostibus illis
Confectum est bellum. Tum, qui adiuuere, trahuntur
Ante triumphales, Capnione sequente, paratus,
Ex Vbijs delecta manus, tu Tungare frustra
Nunc mœrens, quiq; insignes Ortuine furores
Attuleras tecum, uanam sine uiribus iram,
His comes, & belli scelerata ligatur origo,
Ad Christi temere sectam traductus Apella,
Quem sequitur numero non enarrabile uulgus

Tri

TRIUMPHVS

Triste Sophistarum, uinctiq; a fune magistri,
 Ausi omnes immane nefas, ausoq; repulsi,
 Quos quia nunc spectat manibus post terga ligatis,
 Nil ultra audere, & uictorem agnoscere uictos.

Dicat Io, si se nouit Germania, dicat.

Iam uacuum curis, atq; ambitione solutum,
 Viuentemq; sibi, reliquoq; suauius uti
 Tempore quærentem, studia inter sancta librosq;
 Lite relegata fessum, effœtumq; senecta
 Inuasere senem innocuum, nil tale merentem,
 Causa uiros mouit, qui a nil superesse uidebant,
 Post Bernense nefas, quo se inquinare liceret,
 Respexere diu, placuit, Capmione reperto,
 Erexere inuidiæ stimulos, solitumq; uonenum,
 Sollicitis quo principio se accingere possent,
 Flagitio, curas recutitus apostata soluit,
 Consiliumq; dedit, sed uersu dicere durum est,

Ioannes Perkorn Iudeus, A piperis grano Germanum nomen adepti,
 Hunc olim poenas fugientem, extrema secutum
 Opprobrijs coopertum hominem, fama q; sinistra,
 Flagitijq; reum, simulantem, ac multa uouentem
 Ad Christi traxere fidem, præstabat in illa
 Religionem mori, & pro factis soluere poenas,
 Quam bellum ac foedas nobiscum accendere lites,
 Nescio quæ stolidus commenta ædenda pararat,
 Certè aliquas nugas, patriæ secreta relicta
 Sacra recludebat, Iudæosque igne cremandos
 Censuit esse libros, passimq; hæc ædita iussit

Esse

CAPNIONIS.

Esse palam, populoq; legi, iamq; id fore magnū
 Crediderat, nugasq; suas laudabat ineptus.
 Tum dare consilium nostris magnatibus ausus,
 Bellus homo, grauib; causam de rebus agebat.
 Contrā aliquid noster factō consultus eodem
 Scripserat, ignarus, quid proposuisset Apella.
 Arripit hic ansam, uentum est ad iurgia, mouit
 Magnum animum iudæus homo: scelus omne refellit,
 Et pro se dicit Capnion, iterumq; rebellem
 Et quiddam sceleris molitum, nisi igniter acri
 Impete congressus fundit: uidistis euntem,
 Fronte humili ciues, audistis humillima uerba
 Ridiculi capitis, ut qui nil Marte ualeret,
 Fraude noua peteret, demisso ibi perfidus ore,
 Pallidus, informis (quanquam est hoc semper) et atra
 Flebilis in tunica, monachos adit, haud ita facti
 Ignaros, ut Apella dolo prætendit, ut ipsi
 Hoc simulant. Tūc falsa mouet miseratio fratres,
 Continuò & bellum Capnioni triste minantur,
 Ni si quæ ædiderat, damnet, uerbumq; retractet,
 Esse aliquid scriptum damnabile, eiq; peritos,
 Hinc inde arreptos uariè distendere sensus,
 Et monstrare nefas, quenq; ignorauerit ipse
 Eluere errorem, solos se cernere uerum,
 Idq; ab se quæri. Negat ille errasse, paratur
 Iudicium, accusat Capnionem & iudicat idem
 Acer Hogostrattus, scriptis quoq; lædere quærunt,
 Allexere vobios fratrum ad se cœpta Sophistas,

TRIUMPHVS

Vnâ omnes ruere, & pugnam miscere parati,
 Pallidus imprimis, & olei Tungarus ore.
 Vltro scribit opus, cui putidior Minerua
 Ebrius Ortuinus scabris se uersibus addit,
 Deinde alij certant. Hos tu Chrysispe Meneni
 Non addes populo? uel non damnabis aperte
 Ostensum nulla Anticyra purgabile uirus?
 Ridiculam bellum illud erat, sed grande periculum
 Ni fatuos ausus, & dementissima cœpta,
 Ingenium, notaq; uiri facundia laudis
 Ostendat cunctis, Capnioni instabat, & ignis
 Causa gerebatur, quam quo grauiore periclo
 Rem confecit, eo deuicto lætior hoste.

Dicat Io, si se nouit Germania, dicat,
 Fletum Heraclites, risum Democritus iret,
 Stultitiam immodicam, uel quòd se audacia tantum
 Extulerit, uel quòd cui totum insania pectus
 Possideat, recte sapere, & se dicere credat,
 Persuasum tamen est illis, sese omnia solos
 Cernere, quid uerum, quid falsum, quid sit iniquum.
 Idq; ita non Phœbi tripodas, deloq; petitem
 Respondisse deum, Dodone asq; uolucris,
 Corniger, & si quid Libycis in syrtibus Hammon
 Rettulerit uapido de sole calembus Afris,
 Omnia uera minus. Sed nescio, quid mihi tandem
 Succurrit, reor hoc ipsos, ubi pessima dicunt,
 Non nescire, sed ex animi contendere atroci
 Nequitia, ut rectum uertant, iteruanq; reuertant.

Ccr

CAPNIONIS:

Certe his innatum est scelus hoc, naturaq; primum
 Inserit, uires paulò post indidit usus,
 Roboraq; incussit radici, acremq; uigorem,
 Nil timidis scelus in quoduis, genutisq; nocere.
 Tanquam hæc cum superis habeant commercia diuis.
 Obstrictosq; deos in uota nefaria possint
 Cogere, cum placeat, uel cum sua dira libido
 Immanisq; uelit liuor, memesq; superba.
 Per fas, perq; nefas gerere omnia, dicere, rursumq;
 Inficias dicta ire, prius confessa negare.
 Nunquam stare animi decreto. Non ita Protheus
 Vertit se in uarias species, & uincula ludit
 Captantum, pluresq; nodos haud nouit eundi,
 In facies multorum hominum Vertumnus, & oras
 Artibus his pugnam miscens obuius astat
 Noster, & intrepido fatuos secat ore malignos,
 Emitteritq; libros, mordet, laceratque necatque,
 Occidit, facit infames, subigitq; tacere.
 Enumerat scelera, & mores. Pro numina, quam is
 Viribus, ignotus prius, & nil tale putatus
 Posse, dedit documenta sui, quantumque petitus
 In clypeum surgat, monumento apparuit uno
 Tum fremere, atq; intra irati se rumpere fratres,
 Ille exultare, & palmam ostentare retentam,
 Iudice non modico, cui non sententia præceps
 Exiit assensu uires Germania late
 Addidit, & miro Capnionem euexit honore,
 Iamq; triumphales iubet introducere currus

TRIUMPHVS

Dicat Io, si se nouit Germania, dicat.
 Totaq; in occursum Capnioni effusa, frequentē
 Excipiat plausu uictorem, & læta saluet.
 Tam bonus, & uita tam frugi, rectus ad unguem
 Vnus homo uicit tot millia, dicite fratres,
 Vnde est tantarum uobis prudentia rerum,
 Quæ quis uera sciat, nescire ut oporteat illum,
 Irrita si uobis uideantur? an impius omnis,
 Qui non est, uestri dicetur sermo cucullis
 An quicquam est, quod uos rarum atq; necesse sciatis
 Lauriger ignoret Capnion? nisi de scobe si quid
 Scripturæ legitur, uestre artes, indita uestris
 Disciplina animis, quam nec nescire pudendum est,
 Nec scire ingenuum, uel agendis utile rebus,
 Quæ uos Eumenides igitur, uel qui furor egit,
 Summum hominē pugnam legisse potissimū ad illā?
 Si certare libet, uel si superare docendo,
 Vestri aliquem similem de uestra affer te farina,
 Vecordes, quid enim superis conferre paratis?
 Effractoq; Iouem, in terras detrudere Olympo?
 Nec cerebrum uobis, nec pectora sanior esset,
 Quanquam tot furijs rationi ereptus Orestes,
 Sanior, occisum quæ Penthea portat Agaue.
 Nemo ita delirus, nemo à se alienus, & extra
 Se positus, qui non errorem agnosceret illum.
 At sapere hoc uobis, & (quæ demencia uestra est)
 Menis opus uisum est sanæ. Nam spiritus aiunt,
 Quod nunquam poterat ullo didicisse magistro,

PRO CAPNIONE.

De sacra quoties est religione loquendum,
 Simpliciter doctis, tantum credentibus inflat
 Spiritus hoc sanctus? certe is, at cur potius non
 Quicquid in hac dictum est à uobis lite, uel actum,
 Phantafus hoc uoluit somni prædicere frater?
 Aut uariis noctu Morpheus? fallaxq; Phobetor?
 Namq; ego quondam inter carpenteis pensa puellas
 Semper aliquid simile, & uestris æquabile nugis,
 Audiui, tenuiq; puer. Didicistis aniles
 In triuijs artes, & sanctus dicitis illud
 Spiritus infudit. Qui si inspirare uolebat,
 Cur non hoc potius Capnioni à labe remoto,
 Sancto homini, cuius uitam non polluit ullum
 Dedecus, in cuius mores nil præter honestum
 Venit, at est ærumus multa illustratus ab arte.
 Aut si sanctus is est dicendus, qui dedit istud,
 Quiq; noui semper quiddam uel hiantibus inflat,
 Dicite qui fuerit, qui sacrum armare ueneno
 Edocuit Christi corpus, mortisq; medelam
 Exitij causam facere, & fomenta salutis
 Credita perpetuæ, in crudelem uertere cædem,
 Num malè nota cano? malè nota, sed occidit illo
 Septimus Henrichus gladio, mixtamq; perenni
 Cum uita interitum mensis accepit eisdem,
 E manibus Pauline tuis. Non hoc scelus aiunt
 Nostrum est, qui multis successimus annis,
 At uester cocus ille fuit, qui miscuit artis
 Condimenta nouæ, Semel, inquis, fecimus illud.

Henricus
 Imperator
 sacramento
 intoxicatus.

TRIVMPHVS.

Bernense nefas. Berna negat, scelerisque affert monumenta secundi.
 Tempore iam nostro. Tum uos ussisse sopito
 Vulnere lessero, & sanctum uoluisse uideri
 Francisci fratres, iactent ne scilicet ultra
 Auctori concessa suo hæc insignia soli,
 Fert eadem simulata deum responsa, iocosque
 Mentitæ Mariæ, per uosque infecta ueneno
 Sacramenta palam monstrat, scelerata Vigandi
 Vox habita ad populum, diroque asserta libello,
 Deinde remansa labris, conceptam in crimine matrem,
 iam uetus historia est. Quod Galla Lutetia narrat.
Parrhisium delictum. Vnius est anni, quoddam de plebe cadauer
 Restituisse animas, uestrasq; ut crederet arteis
 Decepisse rudem populum, poenasque dedisse,
 Vestra hæc sunt, sed adhuc alios deposcitis igni?
 Num ueniæ locus est? non est locus. Vrite flammæ,
 Et si non æquum est, solo in Capnione furenteis,
 Tot saltem uitijs dignos necis, urite flammæ,
 Domminici fratres, morbosam exurite gentem,
 Tot scelerum auctores. Tu qui Capnione subacto
 Arsurus fueras, dignam rogo concipe flammam,
 Ite omnes, conferte struem, componite fasces.
 Dedecus immodicum flamma ulciscenur in illa,
 Ferte picem, miscete fasces, date sulphura ciues,
 Et reliquum uulgus poenis abolete secundis,
 In Capnione nocens, & adhuc grauiora relictum
 Dedecora ausurum, lætos tamen ille triumphos,
 Et plausus ferat ante suos, læteque ferenti.

Dis

PRO CAPNIONE.

Dicat Io, si se nouit Germania, dicat.
 Nec det Hogostratto in populo componere lites,
 Aut damnare bonos, funesti è fauce latronis
 In fonteis animas rapiat, sed iam ille ligatis
 Post tergum manibus, frendensq; & uincula mordēs
 Conspiciendus adest, uenienti Phorca triumpho.
 Da pompæque locum, foribus sine templareclusis,
 Sint ornatae omnes, quibus hostia concidat, aræ.
 Sparge uis flores, uernali gramen odore
 Disijce, priuatas ostendam singula posti
 Serta affixa domus. Vos quicquid nobile ciues,
 Quicquid habetis opum, ruite è penetralibus imis,
 Quicquid inest pulchri, quicquid mūdiq; uenustiq;
 Utq; ea spectemur, sublimibus ædite tectis.
 Pendulaque è pictis hinc inde aulea fenestris
 Ornatura latus demittite parietis ampli.
 Vos quoq; finitimi speciem hanc augete Sueui,
 Vestrarumque aliquod date signum diuitiarum,
 Et festum celebrate diem, celebratior ibit
 Vix alius, qui uera magis det gaudia uobis,
 Vos ornate urbem, proprioque extendite cultu
 Mœnia. Vos portas uectoque aliunde paratu
 Conspicuo muros, turrefque implete domusque.
 Vester honor, uestrū decus est, uobisq; propinquo
 A Capnione redit, quàm nobis gloria maior.
 Prodiit à uobis. Omnes audete Sueui,
 Vestrum ornamentum plausu iactare superbo.
 Hunc præserte alijs, solitosque excellere solos,

TRIVMPHVS.

Ingenijs Italos, fama ferte esse minores.
 De primisq; alicui uestrum componite ciuem,
 Nos etiam audemus, Germaniaq; obijcit omnis
 Id Latio decoris, fulgentemq; omnibus horis
 Tempore perpetuo, pro se & pro laude suorum
 Ostendit lucem, & monarchis finit ilia rumpi,
 Inferior tamen hoc reliqua est Germania uobis,
 A Sueuis toti decus hoc, quod prodijt unis,
 Dicat Io, si se nouit Germania, dicat,
 Victoremq; suum nullo fraudetur honore,
 Iam celebri pompa spolijs curruq; propinquum
 Prima uehunt iuuenes tabulasq; & signa, colossosq;
 Armaq; deuictorum imbellia, sumptaq; furtim
 Instrumenta uiris, telum imbecille, librosque,
 Et spolia, & fracto figenda ex hoste trophœa,
 Mille argumenta hic, & mille feruntur elenchi,
 Et multis nocuum murmur, linguaq; prophanæ,
 Sacrilegæq; manus, promptiq; inuadere rictus,
 Exertiq; labris dentes, nasiq; recurui,
 Luminaq; obliquum deflexa supercilijsq;
 Contractæ frontes, oculiq; horrenda tuemes,
 Liuidulæq; genæ, & rabiosa silentia, pressis
 Intercepta labris, pleniq; errore cuculli,
 Et seui simulacra ignis, quo perdere sueti
 Infontes animas, atq; utilicra docenteis.
 Prandiaque & luxus, uentresque, unctique catini,
 Et lances sapidæ, & pandi nidore palati.
 Tum scelera & labes, & morum monstra suorum,

Arma the
 ologistarū

CAPNIONIS.

Parrhisiūq; nefas, & reprobā uerba Vigandi,
 Et quam Berna dedit nouitas, sibi que ipsa malorum
 Conscia corda, dolique agiles, & iurgia & iræ,
 Venditaq; in populo leuis indulgentia Romæ.
 Crimen Hogostratti, & qua se falsarius arte
 Munijt Arnoldus, dehinc qua ueterator Apella
 Proditione dedit causam, belloq; triumphoq;
 Improbāq; Ortuini Musa, & lutulentus Apollo.
 Factioque exitialis, & ausa calumnia multum,
 Et rapti precio tituli, nullisq; negata
 Nomina doctriculis, & opinio uilis honorum,
 Sauguineiq; styli, & multis funesta papyrus.
 Et plutei infames, graphiumq; & inutile tempus
 Consumptum studio, & citra ullū industria fructū,
 Quæq; capax scelerum est in pingui mantica tergo,
 His armis soliti in magnis progressibus uti,
 Fracta dolent, spectātque uehi, quæ deinde sequūtur
 A se oratarum simulacra erecta dearum,
 A quibus auxilia, et cœpti munimina belli
 Sperauere rudes, quibus ambitiosa quotannis
 Thura precesque ferūt stolidi, quæ numina primo
 Constituere loco, quarum omnes resq; minasque
 Cœpere auspicijs, quibus & si quando secundis
 Casibus è bello reditum, furijque fuisset,
 Grata relustratis, posuerunt munera templis.

Tūgarus.

Numina
 Theolog.

Prima superstio est, contemptu ignauior omni
 Tota pusillanimis, digna atq; indigna ferendo,
 Anxia, tristis, iners, manibusque ad sidera passis.

Superstio.

TRIVMPHVS

Omnia credenti similis, similisq; sequenti,
 Sæpeq; respiciens, timido abiectissima uultu,
 Multa putans, puerile loquens, alta omnia sperans,
 At nihil inquirens, uersata in sorde lutoq;.

Barbaries. Hanc primo posuere loco, sedet arce secunda
 Rustica Barbaries, tota aspera, tota rebellis,
 Horrida, uilis, atrox, contempto sordida cultu,
 Omnis mundicie fugiens, fugiensq; nitoris.
 Lautæ nihil, nihil urbanis se moribus aptans,
 Neglectæ rationis egens, stat pectore crasso,
 Fert sublime caput, perplexæ in uertice uepres,
 Impexiq; rubi, totoq; in corpore sentes.
 In toto stimuli, manuum sunt arma pedumq;
 Extantes, solidiq; & acutæ cuspidis ungues,
 Et mucronatæ circum fera pectora spinæ.
 Ora situ squallent, in oleni est squama palato.
 Plumbea lingua iacens. Ea diua inamabilis ultro
 Nec quenquam uocat, & nulli se adiungere certat.
 Sacra deæ primi faciles fecere Sophistæ.

Ignorantia Tertia in extructo sedet Ignorantia lecto,
 Lauguida, deses, iners, & obeso ingloria uentre,
 Impetuosa, uorax, semper leuis, ebria semper.
 Digna odio, deformis, hebes, rudis, omnia iactans,
 Non aures, non illa oculos habet, utitur una
 Plus nimio lingua, finit ore explere ferinam
 Vtilia in gluuiem, nullum est in fronte cerebrum,
 Nullus inest sensus, manibus pedibusque uagatur
 In certum, tenebris gaudet, nutritq; profunda.

CAPNIONIS.

Obscuros in nocte uiros, gerit ordine nullo
 Res, nulloq; modo, sepe hæc sibi displicet ipsi.
 Miraturq; uiros, qui quòd sua numina adorent,
 Accipiunt titulos, doctiq; in plebe putantur.

Quarto in loco misera inuidia est, turpissima rerū, Inuidia.
 Non despecta tamen, sed culta frequentibus aris,
 Domini ci primo dignamur honore sodales.
 Ipsa ascendenti similis, summumq; petenti,
 Torua, minax, truculenta, furens, nisi pelle tegatur,
 Ossea, macra genas, neglecto pallida somno.
 Tristis, inops, sine ui semper, moestissima semper,
 Prompta nocere bonis, alieno læta dolore.
 Læta malo, cunq; haud possit, quos perdere uellet,
 Quassatos acuit tacito sub murmure dentes.
 Sanguinis huic nihil est, nihil intra uiscera succi,
 Felle uiget solo, picciq; alimenta ueneni
 Esuriem uincunt, sed cum sine tegmine tres sint,
 Hæc ferrugineo sola est uelamine cincta.
 Fercula spectastis, foeta armis, foeta ruinis.
 Quodq; hosti spoliū, quæq; est ablata supellex,
 Hostica ut ueris concedant numina diuis.
 Idq; fuit gratum. Nunc deinde sequentia ciues
 Aspiciat, atq; hilari Capnionem accersite plausu.
 Dicat Io, si se nouit Germania, dicat.
 Quod cupijt, factum est, depressa minacia Fratrum
 Colla tulere iugum, tum quæ seruire negabant,
 Ceruices, domitæ sunt, in spectacula coacti,
 Et rabidi fratres, et amantes uana sophistæ.

TRIVMPHVS

Lugeat, & planctus Agrippinensis acerbos
 Det schola, humoq; oculos lugens defigat, & huius
 Pœnituisse mali, det signa, & aperta relinquat
 Erroris monimenta sui, ueniamq; precetur,
 Et pacem infelix, unde unde extorqueat, oret,
 Dedat captiuos etiam, sua crimina fratres
 Domini ci, toruosque nefas crudele sophistas.
 Dedat opem si quis tulerat, ferat omnia supplex,
 Fœdus adorato saltem ut Capnione reportet,

F. Iacob.
 de Hoch-
 straten.

Quàm mallet laqueo uitam finisse, uel ensi,
 Quacunq; impellente manu, latus obdere apertum
 Teter Hogostrattus, quàm pompa inducier ista.
 Sed neq; perditior, neq; pernitiosior alter
 In Capniona fuit, tunc, cum tu perditie iudex
 Lectus, & absurdis in litibus arbiter esses,
 Idem accusator. Dic, quo uesane pudorem
 Fert, omnem tibi liuor edax? I perditie umclis
 Nexæ feras post terga manus, da grata ruenti
 Ante tuos tractus socios, spectacula uulgo,
 Ite deis inimica cohors, tamen ite Sophistæ,
 Obscure prodite uiri, turba indiga lucis,
 In nullo uersata die, prodite Sophistæ,
 Lustrales animæ, scelerisque piacula tanti.
 Ite graues Monachi, nam quæ mora? conuolat omnis
 Ut uideat populus. Vos nunc miracula rectè
 Facti estis, parta est nunc primum gratia uobis,
 Verum inter socios sapientum octauus, & alto
 Tertius è cælo lapsus Cato, nomine gaudet

Dic

CAPNIO NIS.

Diues Hogostrattus peregrina ab origine sumpto,
 Vel Cato, uel Cacus dicetur, sed puto Cacum.
 Ore exhalantem furiales dicere flammam,
 Præstiterit, sanctis inimica incendia Musis,
 Mandentem cruda, & libros, ipsosq; uorantem
 Librorum autores. Vome perditæ, & egere sumptos
 Assueta plus parte cibos, Confundite succos
 O medici, miscete herbas, absorbeat æger
 Bis duo ueratri pondo. Nisi uiscera purget,
 Vix equidem speres isti superesse triumpho,
 Ut frenit, ut ferus est, ut se indignatur in istis
 Spectari choreis, ferroque & fune ligari,
 Excorni iam fronte minax. Da cornua fronti,
 Da digitis unguis, ne cordem Iuppiter arma,
 Ut quantum est iræ, tantum sit roboris, ibit
 Sæuior excitis Bemorum è montibus urfis,
 Tigrideque hyrcana, si quando amiserit absens
 Imbelles catulos, Pœnos superare leones,
 Qui possit furor est, Afroque ferocior Angue,
 Et morsu petere, & iaculari è fauce uenenum,
 Dic aliquid sacra de relligione deoq;
 Dic hospes magna de re, clamabit ad ignem,
 Et subito damnare uolet, si scripseris, idem,
 Et te scribentem, & scriptos abolere libellos
 Igne uolet, poscet flammam, clamabit: ad ignem,
 Si uerum est, ignem, si falsum scribitur, ignem.
 Si iustum est, ignem: si iniustum, quod facis ignem,
 Igneus est totus, uorat ignem, uescitur igni.

Sæuitia
 Hochstra.

Hoch. ad
 ignem.

igne

TRIUMPHVS

Igneus est pulmo, spiratq; e gutture flammam,
 Igne iecur, stomachus calet igne, ipse omnia adurit.
 Quod loquitur flāma est, flāma est, q; scribit ad ignē
 Semper in ore gerit, prima hæc atq; ultima uox est.
 Igneus est nasus, duræ sunt lumina frontis
 Ignea, candenti cor e carbone coactum est.
 Ipse etiam in uinclis ægrè se continet, ignem
 Quo minus exclamet, uolet hunc ardere triūphum,
 Semedium quoties quicquā audit, clamat ad ignem,
 Et quoties legit, atq; aliquos hoc perdidit igne.
 Hanc bis sex iuuenes ferratis cogere uinclis
 Non potuere feram, solo a Capnione ligari
 Sustinuit, quanquā sæpe ingeminaret ad ignem,
 Euomeretq; ignem. Non se priore tuetur
 Igne triceps Lycio metuenda Chymæra colono.
 Nō ita quod Cacus, nō quod spuit Aetna timēdū est
 Appetiturq; metu Typhoëa flamma minori,
 Quo se, quo mundum Phæton pene usserat igne.
 Et quo Troia perit, minor est. Nec uincitur illo
 Colchides, Æmonium quē flant in Iasona Tauris
 Aut quo se Eumenides, uel quo se Cerberus armat.
 Scilicet hoc uno nihil est uiolentius igne,
 Si successus alāt, si se fortuna furori
 Misceat, et quantū est iræ, uis tanta sequatur.
 Dij te agitent Ortuine nefas, ut tu in capite isto
 Virus habes, urisque oculis, ut tu omnia uisu
 Consceleras. Naso uates quem carmine pingit,
 Inuidiæ uultus, non multum abludit ab illo.

Eto

CAPNIO NIS.

Ne mihi dic studium, ne dic mihi pessime uitam
 Neue inconcinnos mores, uerissimus index
 Omnibus est uultus, qui te docet esse malignum,
 Esse leuem, semperq; malum, semperq; paratum
 Officere. Vt taceas, quid iam septem egerit annis
 Forsitan haud dicam, dicam haud, at uerius omni
 Conijciam uero, te cuncta audere, nihilq;
 Posse negas? at te produnt tua carmina, sed cur
 Crimina non potius? Neq; enim uideoq; legoque
 Puidius quicquam, totum infla uersibus utrem,
 Infla ambas buccas, ut te uno carmine uincat
 Buschius, aut aliquis Musarum maectus alumnus.
 Isq; tui similes, si quid certaueris, uno
 Mille die uersus faceret. Tu te esse poëtam
 In populo iactas? quia quo te insania ducit,
 Huc potes emuncto pituitam mittere naso.
 Carmen ait scribo, dicam indoctissime carmen,
 Quod pecus Arcadiae, pecora inter inertia rudit?
 Et quod cantat Epops, & quod feralis ab alto
 Nunciat Ascalaphus, tibi non rudiose Minerua
 In Sicula Polyphemus aqua contendere posset.
 Quae cū ita sint, cur tu Capnionem inuadere mauis,
 Quam furere ista domi, & tecum insanire seorsum?
 An potis es furere hunc intra cōclauē furorem?
 Non sum ait, exerce miseris latratibus ergo
 Et linguam & dentes, & quae tibi plūbea uena est.
 Aude iterum, cerite nefas, fure, corripe, morde,
 At si quem punire statim pia numina uellent,

CUM

TRIUMPHVS

Cum tabula, capsisq; tuis, pluteoque, librisq;
 Ambustum facerent, collapsis desuper igni,
 Aspice, ut intorquet uultum, oculosque minaces,
 Improbis, & querit furiali offendere circum
 Intuitu. Quod si saluos nos esse uolemus,
 Licet ades, frontemque liga, ne fascinet omnes,
 Inuitus saltat concentum Ortuinus ad istum,
 Sed gratum est unum hoc, socioque Tungarus illi
 Agmine contigerit, contra Capnionis honorem
 Præuia quod tulerat magno uexilla tumultu,
 Et duce Hogostratto sæuiebat in ordine primus,
 Ortuino perflante tubam, doctoque sonoro
 Ære ciere uiros, Martemque accendere cantu.
 Ausus hic in Capniona libros conscribere, passim
 Ædidit in famam, relegique à Cæsare iussit.
 Ocia Cæsar habet, uacet his ut inepte libellis?
 Vtterius tamen insanis, flammamque minaris.
 Errat enim, exclamas, Capnion, iterumq; ais, errat.
 Hoc abs te dici, capitale est Tungare, cum te
 Tota errare uia, cuncti uideamus, at illud
 Propositum est, ut fama operis te proferat huius,
 Atq; isti certare uiro te, ut cunq; feratur,
 Egregium ducis, tanti facis improbe famam,
 Artibus ut prauis, fœdo ut certamine quæras?
 Forte parum fuit hoc, quod adhuc falsarius audet
 Deprauare libros, sanosq; inuertere sensus,
 Vnde alicui possit Capnion errasse uideri,
 Mallem ego perpetuæ ciues obliuia famæ,

Quam

CAPNIONIS.

Quam sic esse super, quam sic mihi quærere nomen,
 At quia signa tulit, quia primus atrociam sumpsit
 Arma, tulit precium iam nunc certaminis ingens
 Tungarus, & gaudet saltem à Capnione notari,
 Qui te pestiferis iaculis perire, tuamq;
 Non extinguibili famam liuore secantes,
 Mortem affectarunt, his tu sanctissime uitam
 Ingenij largiris ope? his ita tanta refundes
 Præmia, ut his moueas æternos nomen in annos?
 Poscit enim quocunq; modo immortalis haberi
 Tungarus, & scelere hoc, quia non uirtute meretur,
 Accipit, inq; tuis fert poni utcunq; libellis.
 At tacitus dolor est, quod sanctis moribus illud
 Nō potius capiat, quodq; haud facit, haudq; laborat,
 Vellet habere tamen. Vis magnum Tungare nomen?
 Vis memores nos esse tui, uis sanctus haberi?
 Nanq; ita uelle scio, atq; istis hoc moribus ambis?
 Quin bibis helleborū, et quib. hic furor exeat herbis
 Cum quateres dextra tædā in Capniona perunctam,
 Nocte ferunt media patriam tibi uocē minanti,
 Irata similem, similem ulcisciq; uolenti.
 His uisam monitis. Quo tu, in quem turbine præceps
 Quo Catilina ruis? quo te furor impius urget?
 Qua pice, sulphure quo, cladem minitaris iniquam,
 Arsuras succincte faces? tu ne alta superbæ
 Teutoniæ ornamenta paras consumere flammis,
 Pernicies patriæ? nescis heu perditæ, nescis
 Quem tu hoc igne petas. Sed nec tibi coepta uetatis

Digressio
 ad Capni.

TRIUMPHVS

Consilium matris, neq; notus profuit error,
 Insanire tibi libuit, libuitq; perire
 His furijs, istoq; odio, quod te secat intus,
 Nec si te affligas, aut si te ruperis intra
 Viscera, perficies, quo te minus omnibus annis
 Omnis posteritas odio condemnet acerbo,
 Execrentq; tuum uenientia secula nomen,
 Summum ob flagitium, & Magni Capnionis amore,
 Quem petis inuidia, de quo spolia ista reportas,
 I nunc, aude iterum diuinum incesse uatem,
 Aude acri certare uiro, & uirtute potenteis
 Insectari odijs, aude insulsissime scriptis
 Mumeam inuicta uirtutem excindere fama.
 Quo studio, quaue arte miser, qua ui genioq;
 Scribis, ut istud opus uenturo tempore quenquam
 Qui legat esse putes, & olentes ster cora libros?
 Dijs miser iratis, & parca nata sinistra,
 Quos cadis in laqueos? ex quo tibi gloria cepta
 Sperata est, hinc poena redit. Phlegetonte sub imo
 Nullius aperta legit crudelius ilia uultur.
 Intolerabilior nulla est rota, nullaq; peius
 Tantaliam mouet unda sitim, leuiusq; feruntur
 Horrida Sisyphias saxa exercentia uires, (rodit,
 Quam poena est, quanq; haec, quae te intus & in cute
 Conscia mens sceleru, cruciatq; ac uiscera mandit.
 Dissimulare tamen uis, & nil tale uideri,
 Quae tibi praecipua est uersutia, nataq; tecum,
 Contra quam facis, & quam tu es, coponere uultu,
Ob

CAPNIONIS.

Obstipo capite, & panda ceruice, oculisq;
 In terram fixis, sanctos præmittere mores.
 At qui te norunt, morosum difficilemq;
 Impurumq; uocant, simulatoremq; peritum,
 Et nugatorem, tumidumq; atq; oris amari.
 Idq; palam sensit Capnion, ultiusq; repente
 Has tibi compegit manicas, hæc uincula capto
 Intudit, inq; suo iubet apparere triumpho.
 Miser, ut spectere miser. Verum esse laborat,
 Vinctus Apella miser tecum, lateriq; propinquum
 Se conferre tuo. Sinis hunc tecum ire? potesq;
 Huic par esse loco? possum inquit. Nam dedit illi
 Quosdã olim monitus, quiddã hoc didicisse magistro
 Tungarus ipse refert, tuncq; est armatus ab illo,
 Cum pugnam aduersus magnũ Capniona pararet.
 Dux fuit Arnoldus cœptorũ, hic prodidit hostem,
 Non equidem melior, non es tu Tungare purus
 Hoc magis ingenio. Sed me prius omnia perdant
 Numina, quam patiar nebulonem hunc ire superno
 Vertice, & euietis sublimem insistere plantis,
 Et cælum spectare oculis, istoq; triumpho
 Esse homini similem. Fure nunc canis improbe, toruo
 Nunc fera dente seca, sumpto nunc percute cornu.
 Et Sueuum, & iuuenes pro Sueuo tela ferenteis,
 Huc mihi (nãq; meũ est hũc instaurare triumphum)
 Carnifices clamate duos, uos omnibus arrais,
 Vos cruce, uos laqueis, & adactò furebus unco,
 Hanc mihi carnifices operam date, ponite primum.

TRIUMPHVS

Vt facie in terram uersa, genibusque supinis
 Nec cælum aspiciat, nec nos contaminet istis
 Attactos oculis, quoniamq; impura locutus
 Mordeat ore solum, & quiddam de puluere mandat,
 Quæ mora carnifices, quin uos huic ore retorto
 Excipitis linguam, magnorum prima malorum
 Semina, ne medio possit non fanda triumpho
 Dicere? quin nasum atq; ambas auellit aures?
 Inseritisq; uncum pedibus? trahitisq; supino
 Poplite, uerrentem facieq; et pectore terram?
 Proderit excussos etiam disperdere dentes,
 Ne maneat labris quo quenquã lædat in istis,
 Interea quanquam trahitur, post terga redactis
 In ferrum manibus, digitos truncate supremis
 Vnguibus. Immane est (dicit mihi Tungarus) istud,
 Immane est. At uos tormento immanius omni
 Ausi estis facinus, leto committe triumpho
 Hunc saltem integrũ, ne moestũ hæc gaudia monstrũ
 Turbet. At hic nemo est, cui sit miserabile, quicquid
 Contigerit uobis. Vestri miseratio nullos
 Hic mouet affectus, rident pueriq; uiriq;
 Et faciles doluisse nurus, facilesque puellæ,
 Vnã omnes rident, plausuq; faueme sequuntur,
 Hunc Iudam appensis pedibus, tractumq; supino
 Occipiti, & scabros reuomentẽ in sanguine dentes,
 Consoffumq; unco, lingua nasoq; carentem,
 Atq; exarmatum digitis, auresque uidentem
 Amẽ suas nunquam uisas. Num perfide malles

Non

PRO CAPNIONE.

Non fugisse necem, meritam pro crimine pœnam,
 Quam nunc esse miser? Sed quæ tibi ferrea mens est,
 Letaris uidisse prius, te semina dante,
 Te causamq; malis Capniona quiete carentem,
 Turbatumq; senem, lachrymasq; in plebe refusas,
 Pro condemnato, punitosque igne libellos,
 At tu, cui gratum est omnem turbare quietem,
 Et miscere uiros, paciq; inducere bellum,
 Vt Christi discorde pecus pastore uagetur,
 Nam neq; tu Christum (simules quanquã oïa) seruas.
 Quodq; aliquid tulerit Capnion, nunc aspice eodem
 Lumine uictorem, teq; hoc in puluere tractum,
 Pectinibus patulis, aptoq; ad uerbera tergo,
 Conscindi flagris, & iniquo fuste domari.
 Qua cum te inuidia miserè cruciaueris, intra
 Illiatabescas, & lenta morte supremam
 Exhales animam, multis exempla daturam.
 Huc agit ingenti celebris Moguntia plausu
 Urbis monstra suæ, bene de Capnione mereri
 Non nunc incipiens, commotaq; eijcit ira
 Te Bertrame odio dignum caput, omnia nisum,
 Omnia conatum, si quid conuellere posses
 De Capnione bono. Sed dic, cur pessime tandem
 Iam cupis in studijs quicquam elaborasse uideri,
 Cum uita fuerit studiorum nulla priori
 Cura, nec ullus amor? Quid uita fecit in omni?
 Christi pauit oues. Imò hunc crapulosa uorago
 Pauit aqualiculum, quenq; hanc nix portat in urbē.

Moguntia

TRIVMPHVS.

Cura saginandi semper fuit unica uentris,
 Cernite glutones, comedones, cernite uentres,
 Vestrū hic opprobriū. Bene pastū hunc et bene potū
 His ego coniunxi socijs, palearia pendent
 Pectus ad extremum, collum caput urget obesum,
 Vix aliquid loquitur, loquitur tamen, omnia nostræ
 Partis in exitium, quod dij prius omen in ipsum
 Conuertant, recidantq; suæ dira omnia lingue,
 Quo te uenter agis? Quin hunc odijq; malorumq;
 Adiungis socium? Mitte huc te uipera, ferro
 Inde manus, dignumq; puta si fune ligeris,
 Siue catenatus Magni Capnionis ad urbem
 Tractus eas, neq; enim peiori canduit alter
 Inuidia, nulli rupit magis ista quietem
 Cura, atq; iste dolor. Ita nunc Decimator in illa
 Sublimis cathedra, diris clamoribus aureis
 Nunc rudis infesta populi, atq; in simplice turba
 De Capnione refer, uigila, cruciare, diurnis
 Arde supplicij, nocturnum abrumpe soporem.
 Illa duc, tacitos gemitu testare dolores.
 Palle hac inuidia, et quorū clamare uctaris,
 (Quæ fuit una tui liuoris, et una nocendi
 In sua uis animo) lento consumere tabo,
 Ad Capniona nihil clamor tuus, et tua præcepta
 Pertinet ira nihil, liuor nihil, et nihil huius
 Palloris rabies. Sed quo te Mayre ponam
 Petre loco? quo uē ore tuos pro tempore, recq;
 Exponam mores? Tu qua se Mogus in urbem

Fert

PRO CAPNIONE.

Fert mediam, partim de Francis nomen habentem,
 Partim à Saxonico dicentem moenia bello,
 Ingens iracunde malum, summumq; citasti
 In populo furiose ne fas, tantum infima plebes,
 Et uulgus muliebre animi dedit, auxit auaræ
 Impetus inuidiæ: qua nunc uanissime rumpes
 Materia iecur hoc, quo uè exercebis amarant
 Ex odio linguam? quo nunc sermone placebis
 Huic populo? què dente petes? quem uè ore maligno?
 Quandoquidem licet in Capniona nihil, nihil ista
 Amplius in causa. Quantum est potuisse furentis
 Iudicio uulgi, stolidæq; placere cohorti.
 At si quando tibi ridet, leuiora locuto,
 Aut si quando oculos fãnti lugubria tergit
 E populo quisquam, uel de mulieribus istis,
 Tum sublime caput, tumefactaq; nubibus effers
 Labra tenus, plaudisq; manu, molliq; triumphas
 Continuo gestu, tunc te hæc suggesta, tuumq;
 Vix capit hoc regnum, tunc tu omnia uoce laceffis,
 Omniaq; exuperas, & inanem percutis auram.
 Tunc tu uictor ouas, & tanquã è cæde recenti
 Poscis ferta redux, lauriq; è fronde coronam,
 Hosque inter plausus, & in hac nequissima pompa
 Vix humilis dici Galilæi è plebe Magistri
 Discipulus, solumq; refers à nomine Christum,
 Solum à ueste refers, cuius immiserit hosti,
 Ut doceas, tunc terga dabis, placidamq; quietem
 Desidiosè petes, atq; hæc suggesta relinques.

TRIUMPHVS.

His titulis atq; hoc prætextu in plebe notari,
 Non magni facies, ultro Christumq; negabis,
 Vtcunq; hæc aliquis tamen æstimat, omnia uincit,
 Quæ tua præcipue est, pura simulatio mentis,
 Præterea nemo est ex uulgo indoctior isto,
 Audax nemo magis, sed enim qui pessimus omni
 Creditus è numero est, tatum hoc sibi censet iniquum,
 Quod tecum ingreditur, quodq; hoc seruile triumpna
 Tecum ferre malum, uel eandem cogitur iram,
 Francia magnanimæ semper fœcunda iuuentæ,
 Nobilitate uirum nullis regionibus impar,
 Et nulla inferior, dic, quid magis antè pudendum
 Producti hac sobole? te scilicet ista cicatrix
 Dedecet, ista uomex, tu perditæ nominis huius,
 Atq; huius labes populi, tu stigma pudorq;
 Inuentus fueris? neq; te prius omnia pessum
 Numina, sic meritum dederint, sed iam isto triumpho
 Vna mora est, i dira lues, i pessima mundi
 Progenies, multis pudor & scelus, at decor uni,
 Viuere quem nolint omnes, quem uiuere solus
 Hactenus haud nolit Capnion, & gaudeat unus
 Isto fune trahi, atq; istas mordere catenas.

Dicat Io, si se nouit Germania, dicat,
 Quoq; uidet propius festos accedere currus,
 Hoc magis ingeminet, bis Io, bis Ioq; sonando,
 At quisquis clamabit Io mecum, hoc ager unum
 Pullatumq; gregem captorum, & inertia fratrum
 Agmina missa libens faciat, nec spectet cuntes

CAPNIONIS.

Ultra ipsosq; duces, et adhuc sine nomine uulgus,
 Numinaq; et spolia, et cessantia deserat arma,
 Fercula nulla oculis obeat, nec cogitet ultra,
 Sint ea grata licet, quae cunq; occumbere iussi,
 Amisere hostes, solo in Capnione moretur,
 Hunc oculis, hunc mente uirum gerat, illius istum
 Det celebretq; diem fortunae, et casibus equis,
 Venit est ad currus, ita nos foedissima frustra
 Detinuere diu turbæ spectacula inanis.

Dicat Io, si se nouit Germania, dicat.

Hæc armenta, atq; hos auratos cornuatauros,
 Corpora lecta iubet sacras sibi uictor ad aras,
 Voti compos agi. Superis ea uictima saluo
 Pro Capnione cedit, sequitur factura ruenti
 Letitiam populo Musis gratissima turba.
 Omnibus unicolor tunica est, et candida uestis
 Serta gerunt capite, et nexas fronde coronas
 Populea, tenduntq; manu frondentia palmæ
 Victricis folia, sparsumq; in termite fructum,
 Pars cythara, pars uoce canunt, pars cornua rauco
 Implent curua sono, perflant tibicine mixto,
 Ille tubas, alius triplici tortum ordine circum,
 Sunt, qui fila lyrae, sunt, qui testudinis ample
 Transadigunt neruos digitis, chordasq; pererrant,
 Barbatos huic dulces, huic dat sua tibia ludos.
 Huic pulsatur ebur, sonat huic cita pectine buxus,
 Ferratos ferit hic crates, ille ordine iunctos
 Folle premit calamos, tresq; elicit impete uoces

TRIUMPHVS

Diuersas uno, sunt & Corybantia matris
 Æra Phrygis, dantq; ingentem percussa boatum
 Tergora tensa bouum, feriuntur sidera cantu.
 Accipiunt montes, acceptaq; carmina reddunt,
 Percussa reboant ualles, syluæq; uicissim
 Exaudita canunt. Mirantur numina ruris,
 Fanniq; Dryopesque, & quæ sua flumina seruant,
 Quæq; deæ fontes, & florea prata nemusque,
 Et uirides curant saltus, Capniona canentis,
 Obseruant numeros, repetuntq; ea gaudia secum,
 Interea lecti iuuenes, pueriq; suauis
 Concentu mulcent aures, & grande coacta
 Harmonia modulantur Epos, concinnaq; mixtis
 Addunt uerba modis, Capnionis habentia laudes.
 Hic uir, hic est ciues, quem uos paulò ante petitum,
 Mille dolis, mille insidijs, atq; arte maligna,
 Promissa doluistis ope, hæc uenerabilis illa est,
 Canicies sancti capitis, cui debet honorem,
 Et cui semper habet plenis Germania uotis
 Virtute illustrata uiri. Hic est ille ferorum
 Intrepidus domitor monstrorum, inuictaq; mastix,
 Qui temere fratres ausos, temereque Sophistas
 Laudis opus plenum, & memorandū in secula, factū
 Contudit, & multa trepidos formidine sternens
 Intactam asseruit ab iniquo iudice famam,
 Qui debellatis infanda parantibus omni
 Exiit opprobria sese, ementitaque liquit
 Post tergum scelera, atq; è suspitione remersit,

Quam

CAPNIONIS.

Quam facti tenuere rudes, hæc gloria ciues,
 Hæc illa inuidia est, multorum exercita nisu,
 Atq; uno defenso animo, dijs gratia nunquam,
 Non scelera ulcisci, uetitosque uolentibus ausus.

Dicat Io, si se nouit Germania, dicat.

Inque inculpato referat clarissima factos
 Facta uiri, memorique omnes æternæ in annos
 Decreto titulisque, & quos decernit honores
 Victori populorum, & qui se in sanguine mersit
 Hostili, quique armorum præcelluit usu.
 In magnum Capniona ferat, qui sanguine nullo,
 Nulla hominum strage, & nullo felicia ferro
 Prælia consecit, quibus haud sua numina tantum
 Extulit, atq; à se feralem protulit iram
 Liuentis populi, uerum communia multis
 Verbera sustinuit, clypeoque excepit acerbam
 Inuidiæ plagam, & pro multis irruit unus
 Millia tot fratrum, rapturamque omnia flammam
 Præcipiti extinxit saltu, quæque impia non sunt,
 Scribendi proprio reparauit iura periclo.
 Neue unis liceat monachis uniusue Sophistis
 Libera uerba loqui, illius uirtute peractum est,
 Vos, quibus inuidia est, Lethæo occludite somno
 Liuentes oculos, sinite immortale triumphet,
 Qui decus immortale meret, uiuitque, uolatque,
 Dotibus ingenij, quem nos conferre superbo
 Possimus Latio, cui non mutabilis aufert.
 Annorum series, quicquid sua facta dederunt.

Hic

TRIVMPHVS

Hic uir, hic est ciues, qui non torporis inertē
 Segnitie fecordis agens, quæsiuit honores,
 Verum acri studio atq; opera, multoq; labore,
 Qui grauibus rebus quæ situs Cæsaris egit
 Et patris & nati causas, qui plurima fecit,
 Plurima qui docuit, non uentri obnoxius unquam,
 Et nunquam indulgens, quiq; ut nos uera doceret,
 Quæ non dura tulit? cui non se inferre periclo
 Est ausus? qui se non temere Ennius olim
 Adscripsit tria corda sibi, nos quatuor isti
 Iure bono dabimus, scribenti, apteq; loquenti,
 Quatuor in linguis, patria, Græcæq; Latinaq;
 Et tandem Hebræa. Quare infantissima fratrum
 Plebs sileat, quis enim melius multa ardua scribet,
 Rectius & dicet, quàm qui multa ardua nouit?
 Hic uir, hic est ciues, qui quàm quis legerit alter,
 Plura dedit calamo, qui primus Comica scripsit,
 Germanisq; suis scenam patefecit, & amplam
 Ostendit caueam, uetuitq; silere theatrum.
 Plurima qui numero, qui plurima lege soluta
 Condidit, inuenit qui multa incognita nobis,
 Optimus interpres, qui certè pluribus annis
 Ante duces summos, in Cæsareoq; senatu
 Ius dixit, quàm quis studuisse putabitur alter,
 Qui quo non uerum argueret, uerumq; doceret,
 Nullius expauit uires, iramq; minasque,
 Simpliciter semper, sine pompa semper inani,
 Citra omnem inuidiam, nisi quam sua lucida uirtus,
Vt

CAPNIONIS.

Ut fit, apud sciolos peperit sibi, docticulosque.
 Hic uir, hic est ciues, cui si Germania posset
 Ipsa loqui, tota in uocem consurgeret unam:
 Maeste graui uirtute senex, tu moribus istis
 Atq; isto ingenio paris immortalia laudi
 Ornamenta mee, per te, ne barbara dicar,
 Aut rudis, effectum est, Te nunc ego grata saluto
 Te grata amplector, te grata remunerero, pro tot
 In patriam meritis. Quicquid debetur honoris,
 Qui seruat bello, uel qui me liberat armis.
 Accipe, præterea iubeo meminisse nepotes,
 Et nomen celebrare tuum. Salue inclyte uindex,
 Victor aue, dilecte deo, dilecte parenti,
 Felix prole tua, felix tu Phorca superbo
 Semine, felices etiam materq; paterq;
 Qui mihi, qui uobis talem genuistis alumnum,
 Diceret hæc certè, caneret Germania certè.
 At nos interea, quando hoc ita tempora poscunt,
 Grata triumphanti canimus. Ne dicite ciues
 Quenquam istas laudes merito maiore tulisse.
 Dicat Io, si se nouit Germania, dicat.
 At iam se nouit, sensit se, sensit ad unguem,
 Es succlamat Io, miro lætissima plausu.
 Dicite Io ciues, et Io bis dicite ciues.
 Visite honore deos, onerate altaria donis.
 Et uotas offerte preces, date munera grati
 Pro conseruato Capnione. Idq; omnibus annis
 Constet opus titulo, Neue obscurata uetustas

Exe

TRIUMPHVS

Eximat hoc fame, titulo superaddite carmen,
 Pro debellatis Capnioni dona Sophistis.
 Hos inter cantus, hæc inter carmina, & inter
 Plaudentis populi strepitum, pulcherrimus alto
 Inuehitur curru Capnion, & lumina pascit
 Spectantis turbae, pulchras agit ipse quadrigas
 Non tamen ex auro, solido non ex argento,
 Quo uehitur, quo uictor ouat, qua mole triumphat,
 Cedrina iunxere trabes, & uiuida buxi
 Robora, iuniperique leues, & uimina Daphnes
 At folium teretes hederæ complectitur axes,
 Vestit idem radius, at curuatura supernæ
 Cincta rotæ uiolis, & rore innexa marino
 In totoque rosæ, in toto sunt lilia curru.
 Pulegiumque uirens, & odore gramina Minthes,
 Et myrtus Veneri, & Phœbo nascens hyacinthus
 Saliuaque & nullis obnoxia ruta uenenis,
 Et saliuca recens, & amaracus additur istis,
 Aureus abrothani flos, hyssopique uirentis
 Germen, & ex omni quicquid congesimus horto,
 Frondentis, uel odoriferi. Stat florida sedes,
 Floridior sedet ipse super, cui prima uenustas
 Et primus decor est, albentia tempora canis,
 Quæ mixtum nexæ lauroque hederaque coronæ
 Circundant, capitiq; instat uictoria duplex,
 Dextra Oculare manus speculum tenet. Illius ergo
 Nomen enim libri est, fratres in bella coacti,
 Atq; Vbi schola gentis erat, rapuit uasfer ansam

CAPNIONIS.

Verpus ab hoc, monachisq; dedit, quod turbine moto
 Imbelles acuerere iras, hinc illa repente
 In Capnione uiri conflata est factio, liuor
 Hinc uagus emerfit, præter qui Teutonas urbes,
 Et doctam Italiam, & fuscis impletet lberos,
 Pannonas, & populos, quos Rhoeticus alluit Ister,
 Quotq; secat Rhodanus, quot inundat Sequana gætes
 Quæq; Calydonios penetravit turba Britannos,
 Hic liber est, atq; hoc congesti in sine duelli,
 Notum laude sua, quod cum phanaticus igni
 Ferret Hogostrattus, Capnion uictrice Minerua
 Eripuit, tutumq; tenet, semperque tenebit
 Ingenij monimenta sui, monimenta pericli.
 Laeva gerit teretem uictrici ex arbore ramum,
 Casareas aquilas thorax uictricia signa
 Pictis habet, uirides circum est effusa quadrigas
 Iureperita cohors, uatumque exercitus omnis,
 Ingenioque omnes clari, studioque frequente
 Laudati, quosque effecit doctrina celebres,
 Quiue aliquo meruere coli pacto. Omnibus istis
 Mens erat in flammam, supremaque funera uicto
 Cum Capnione trahi, & medio in certamine si quis
 Fortè laborasset, prompti concurrere, prompti
 Auxilio succedere erant, summisque periclis
 Felices animas, dulcemque exponere uitam.
 Centum Italos uideo, centum hac ex gente poëtas,
 Et totidem iuris doctos, sed nomina nondum
 Omnia nota mihi, uideo à Capnione notari

TRIUMPHVS

Quenq; suo titulo uideo impartire salutem,
Omnibus his non uilis honos, omnesque uirenti
Fronde coronat helyx, Da nunc, da Phorca triūpho,
Da pompeq; locum. Nunc tu, communiter omnis
Nunc leta, atq; hilari percussa ad sidera uoce.

Parasceue

Dicat Io, si se nouit Germania, dicat.

Hoc omnes uincunt, hoc omnes iure triumphant,
Moribus atq; animis istis, uirtutibus istis.
Quiq; sequestratis uitijs, & fraude remota
Vixerunt, quiq; immunes scelerumq; malorumque
Exegere dies, studiosaque pectora ueri,
Innocuique omnes, & quorum libera corda
Pro Christo fuerant, & religione parentum,
Et certare uiris, & ferre extrema parati,
Quique odio fratres eneruatosque Sophistas,
Ob scelus, aut certè ob cuncta ignorantia corda
Sectati fuerant, iterumque iterumque triumphent,
Et titulo Capnionis ouent, sua gloria dignis
Eueniat, sed nunc Capnioni ex omnibus uni
Dicit Io, quia se nouit Germania, dicit.

FINIS Triumpho.

AUTOR THEOLOGISTIS.

LAqueum sumite Theologistæ. Viginti amplius
sumus in insaniam ac perniciem uestram coniu-
rati. Debetur hoc Capnionis innocentia, debetur ue-
stro sceleri, debetur Reipub. literariæ, Inò bono hoc
quo

CAPTIONIS.

quodam fit Christianæ religionis fato, cui uos obsecrata luce, pudēdas inuexistis tenebras, quibus nos expulsi ac effugati, Christianum dijs atq; hominibus plaudentibus illustrabimus orbem. Renatus est Hieronymus. Nouum Testamentum lucem induit. Multa ex Hebræo, multa ex Græcis eruuntur. Ardet opus. Interea uos quid agitis, cur quis Theologos uos uocet? Nempe hoc, ut agentem hæc Captionem, literis ac temporum nostrorum gloriæ adimatis. Proinde laqueum sumite. Multorum ore uobis canitur, quorū non idcirco sum ego optimus, quia primus, sed idcirco primus, quia minimè patiens moræ. Vos igitur moneo coniurati, adeste, incumbite, ruptus carcer est, iacta alea, regredi non licet, obscuris uiris laqueū præbui, nos uicissim herbam sumemus.

IN LAUDEM REVERENDISSIMI ALBERTI ARCHEPISCOPI Moguntini, Vlrichi de Hut. Eq. Ger. Panegyricus.

AD CLARISSIMUM EQVITEM EX teluolfum de Lapide Sueuum, Magistrum Curie, et ciuitatis Moguntinæ Præfectum, Vlrichi de Hutten Eq. Ger. in Panegyricum sequentem præfatio.

N